idem uel intuendũ/uel quomodocunq; percipiendum aſſuefacit. ¶ Hacte
nus exhortatio quidẽ purgauit. Sed diſciplina monſtrauit. Amor autẽ &
emundauit & hucuſq; pduxit. Amor igit cũ amato tandẽ fœliciter copula=
bit amantẽ. In ea uidelicet nube/ubi poſtq̃ naturales oculi ſub exuberante
lumine caligarũt bonũ ipſum benefica gratia illuxit & adſpirauit amanti.
¶ In hoc autẽ aſcẽſu actiones ac uires aiarum/ & angelorũ iprimis obcur=
runt. Mox uero ſubſtantiæ illas ſane ſub nomine uocum has autẽ ſub appel
latione luminum Moſes ipſe ſignificat. Annuit etiã purgatis interduꝫ ani
mis/intellectuales notiones ob mirabilem efficaciam/uſq; ad puriſſimos
ſenſus uiſum ſcilicet & auditum per imaginationem ſe transferre/quaſi
ſub forma quadam luminum atq; uocum. ¶ Proinde ubi Dionyſius ait ip
ſum bonum ſuper ſummitates intelligibiles locorum ſacrũ incedere. Plo=
tinus & Iamblichus. Procluſq; dicẽt itelligibile quidem intellectui/uelut in
de formabili præferendũ. Immenſum uero bonum anteponendũ itelligi=
bili pportione quandã cũ intelligẽtia ſubeũti. ¶ Micto ipræſentia diſtin=
ctionẽ illã Proculi ubi ſũma poſt primũ numina uocat itelligibilia. Infima
uero/ſed interiꝫ mũdo ſupiora potius intellectualia nũcupat/formãda ui
delicet a ſupnis. Sed media utriuſq; appellationis miſtione cognominat.
Miſſus etiã facio tres illas apud Proclũ ſubſtantias/triaq; ſub primo princi
pia. Eſſentiã/uitã/mentẽ. Probabilius cũ Plotino tria hæc apud ſuperos ra
tione quadã inter ſe differre dicemus potius q̃ ſubſtantia. Sed Plotinus qui
dẽ unũ hoc ſub primo cõſtans ex tribus aſſerit uniuerſi principiũ. Videlicet
a primo pgenitũ. Dionyſius aũt/quẽ libẽtiſſime ſequiur nõ unũ aliqd eiuſ
modi tanq̃ principiũ ſub principio collocat. Sed diuinas deo mẽtes ſubigit
ex his tribus eſſentia uita itelligẽtia diuinitus cõſtitutas: mẽteſq; eiuſmodi
partim intelligibiles partim itellectuales: ideo nũcupat. Quoniã inde qdẽ
ppter luminis abũdantiã capaci cuilibet largiſſimæ ſeſe offerũt. Hinc autẽ
ob ſereniſſimã pſpicaciã. Lumẽ quodlibet ueritatis ipſius facillimæ diapha
ni more ſuſcipiunt. ¶ Deniq; bonum ipſum regionẽ intelligibilẽ ſupemi
net: ſiue regionẽ eiuſmodi: platonico more primũ ipſum itelligibile nomi
nes itelligibiliũ ſpecierũ omnium fontẽ interſe formaliter differentiũ. Si=
ue ſubſtantiam q̃libet ſeparatam perſpicacem pariter atq; lucentem.

¶ Confirmatio ſuperiorum & quomodo fruamur deo permodum quẽ=
dam intellectu præſtantiorem. Marſilius.

Oc ſuper cæleſte cælũ ſtellarũ ſuarũ. i. itelligibiliũ formarũ plenũ/
h ſol diuinus habitat quidẽ: ſtellæ eni ſolis lumine/lucent: ſed mirabi
liter ſupereminet. Cælum hoc intellectu uidere potes ſolẽ uero nõ

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski